Liber S.tae Mariae, Vallis S.ti Petri in Heisterbach.

Incipiunt capitula ordinacionum ordinis Cisterciensis De
De dominicis diebus et festis . . diuinis officiis ca. pri
sanctorum que veniunt per aduentum domini ij De tribus dieb⁹
quatuor temporum in aduentu domini iij De missis et collectis
priuatis diebus per annum dicendis iiij De vigilia na
tiuitatis domini v. De die natiuitatis et festis sanctorum usque
ad vigiliam epiphanie concurrentibus vi. De vigilia epiphanie
domini vii De die epiphanie domini et festis sanctorum per octauam oc
currentibus viii De versiculis dicendis ad vesperas
et ad laudes ad commemoraciones dominicales per annum
ix. De officiis dominicalibus videlicet In excelso throno
Omnis terra et Adorate et hystoria Domine ne in ira qui dicuntur
et festis sanctorum ab octaua epiphanie usque ad lxx occurrentibus
.x. De lxx et tractatibus et festis ibi occurrentibus
usque ad diem cinerum .xi. De die cinerum et festis tem
poris usque ad passionem domini xii De duabus ebdoma
dibus ante pascha et festis ibi occurrentibus xiii De
cena domini xiiii. De die parasceue xvi De vigilia pas
che xvii De die pasche usque post octauam et festis
ibidem occurrentibus xix. De dominicis diebus et festis
sanctorum ab octaua pasche usque ad rogaciones .xx. De
tribus diebus ante ascensionem domini xxi. De ascensione
domini usque ad vigiliam penthecostes et festis sanctorum ibidem
occurrentibus xxii De vigilia penthecostes usque ad festum
sacramenti et festis sanctorum xxiii De festo sacramenti et
festis infra octauam occurrentibus xxiiii De missis domini
cis diebus post octauas penthecostes usque ad aduen
tum domini et officiis dominicalibus ante aduentum incipiendis.
xxv. De hymnis dicendis in sabbatis ad vesperas in noua

hyſtoria inchoatur xxvi. De miſſis dominicalibus et antiphonis
ad Benedictus et ad Magnificat in ſabbatis dicendis xxvii. De hyſtoriis
inchoandis et libris legendis poſt feſtum trinitatis
uſque ad aduentum domini xxviii. De miſſis feſtiuis diebus
quibus non laboramus et quando dominica dies non fuerit. xix.
De feſtis ſanctorum que in ſabbatis veniunt. xxx. De vigiliis ſancti
Johannis baptiſte et aliorum ſanctorum et feſtis uſque ad vigiliam
aſſumptionis beate marie occurrentibus xxxi. De vigilia
aſſumptionis beate marie uſque ad vigiliam occurrentibus
eiuſdem occurrentibus et de hyſtoria In principio. xxxii.
De vigilia Natiuitatis ſancte marie et feſtis uſque ad vigiliam
omnium ſanctorum occurrentibus et de miſſa de ſpiritu ſancto et collectis
in trenario et quatuor temporibus in ſeptembri et hyſtoria
Peto domine. xxxiii. De vigilia omnium ſanctorum et feſtis infra
occurrentibus uſque ad aduentum domini xxxiiii. Quibus diebus
Gloria in excelſis et Ite miſſa eſt dicitur. xxxv. Quibus
diebus Credo in unum dicitur xxxv. Quo prefationes dicantur
per annum xxxvi Quibus diebus intermittatur uſitate collecte,
scilicet Concede quesumus et Omnipotens ſempiterne deus qui viuorum xxxvii Qui-
bus diebus collecte Ecclesie et A domo intermittatur xxxvii.
De commemorationibus beate marie et Malachie [illegible] et collecta
Concede nos intermittatur xxxviii De et quomodo officium de-
functorum celebretur et quo ordine collecte dicuntur xxxix Quo
collecte dicuntur ad miſſam in precipuis officiis defunctorum. xl.
Quo ordine miſſe vel collecte pro preſenti defuncto dicantur xli
Quo ordine inungatur et communicent infirmi xlii. Quo
agatur circa morientes et qui ſepeliant xliii. Que miſſe
priuate poſſunt dici omni tempore xliiii. De collectis ad miſſas
priuatas que non ſunt pro defunctis xlv. De collectis ad miſſas
priuatas que ſunt pro defunctis xlvi Quibus diebus albas
celebret miſſa in conuentu. xlvii. Quibus diebus albas

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

antiphona ad magnificat et ad benedictus imponatur et cantor hymnos
et qui capitulum legit ante ad primam dicat. xlviii Quibus
diebus sermo habetur in capitulo et tres lampades accen-
dantur. xlix Quibus diebus maior campana pulsatur
ad vesperas et ad matutinas. l. Quibus diebus non
fiunt in potu a lectore et servitoribus. li. Quibus diebus
non utimur lacticiniis. lii. Quibus diebus conversi vacant
et sermo non habetur in capitulo. liii Quibus diebus monachi
vacant et conversi laborant. liiii De festis xii lectionum qui-
bus monachi laborant

Incipit ordinarius ordinis Cist[erciensis]
De divinis officiis. De dominicis et festivis diebus qui
veniunt in adventu domini. Capitulum primum.

In prima dominica adventus domini in primis vesperis ca-
pitulum et R[esponsorium] et cetera omnia erunt de sabbato adventus
domini. post primam collectam fit commemoratio de domina nostra cum
collecta Deus qui de beate marie nisi commemoratio de aliquo sancto primitus
fuerit facienda. Hec collecta deinceps usque ad vigiliam nati[vitatis]
domini cotidie ad vesperas et ad laudes et ad missam ad com-
memorationem de domina nostra dicitur et obmittitur collecta Conce-
de nos famulos preter in Conceptione eiusdem. Sed collecta Con-
cede nos fa[mulos] semper dicatur ad completorium ad antiphonam Salve regina.
Item in adventu cotidie dicitur dominicalis collecta ad vesperas
et ad tertiam et ad missam exceptis missis defunctorum et tribus
diebus iiii^or temporum non dicatur ad laudes nec ad missam. Et
quando in adventu commemoratio de aliquo sancto fuerit facienda ad vesperas vel
ad tertiam seu ad missam. tunc prius fiat commemoratio de adventu et postea
de sancto. Dominicis diebus post adventum usque missa fit de do-
minica. nisi proprium officium alicuius sancti vel missa pro pace vel pro
defunctis hoc impediat. Gloria in excelsis non dicitur in adventu
ad aliquam missam. Ad missam matutinalem collecta de sancto si fuerit
commemoratio alicuius sancti vel Deus qui de beate ... Ecclesie vel alias
si aliquis in capitulo instituerit. Si vero infra octavas sancti Andree